



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 60. Cleri responsa ad rationes contra Synodi receptionem allatas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

quicquam propterea derogare intendat. Sæcul. XVI.
A.C. 1585.
III. In Catalogo Franciæ Oratores primi nominantur, & postea Hispaniæ Legati: ita enim Pius IV. hanc litem dimit.

§. LX.

*Cleri responsa ad rationes contra
Synodi receptionem allatas.*

Postea Clerus ad quodlibet caput *Mem. du*
gillatim respondebat, & quidem. *Clerge.*

I. „Franciæ Oratores apud Synodum
„nullo scripto conquesti sunt, nec leges
„universales privatis consuetudinibus
„præjudicium afferunt: si vero circa de-
„cretorum executionem difficultates e-
„mergant, eas moderari Papa sibi reser-
„vavit: de cetero Concilium nomine, &
„jussu Regis defuncti, qui circa hoc sibi
„specialem potestatem arrogabat, a Lo-
„tharingio Cardinale approbatum, sub-
„scriptumque est. II. Hæ quidem sol-
„licitationes ab initio fuerunt rejectæ,
„id autem ortum traxit ex illius tem-
„poris vicissitudine, Regni gallici tu-
„multibus, ac imbecilli Regis ætate.
„III. Quod articulos a Lotharingio Car-
„dinale porrectos, ac circa difficultates
„in recipienda Synodo occurrentes at-
„tinet, pariter id temporum iniquitati
„adscribendum venit, in omnibus au-
„tem Conventibus Tridentini Concilii

A a 3 „accep-

Sæcul. XVI. „acceptatio petebatur. IV. Sublata
A.C. 1585. „est oppositio, quam Capitula in co-
 „mitiis Blesensibus fecerant, imo illi,
 „qui tum in hisce comitiis præsentibus
 „aderant, sese reapse non opponebant, sed
 „duntaxat exponebant, illorum inter-
 „esse, ut quorundam capitum, quæ
 „de Patronatu, ac præsentationibus ad
 „beneficia, & foundationibus agunt, exe-
 „cutio præpediretur: de cetero quod
 „plebejus ordo Synodi receptioni quo-
 „dammodo obstiterit, haud curandum
 „est, eoquod jam in variis aliis occasio-
 „nibus sæpius obedientiæ jugum excu-
 „tere præsumperit: aliunde vero om-
 „nibus constat, quod illi omnes, ex
 „quibus hic Ordo consistit, cum spuris
 „reformatis commune consilium ha-
 „beant, atque ipsimet Calvinistæ fer-
 „me soli sint, qui suis fraudibus, atque
 „artificiis ejusmodi oppositiones conci-
 „tarint. Denique ad tollendas hæc
 „difficultates facile a Pontifice relaxa-
 „tionis diploma obtineri poterit.

Circa postremum Caput Clerus fre-
 nue propugnabat, quod Synodus nul-
 lum omnino præjudicium juribus, re-
 giæque auctoritati, aut Ecclesiæ Gal-
 licanæ privilegiis afferat: insuper sub-
 jungebant Prælati: „ad privati hujus
 „Scriptoris libellum respondere non pos-
 „sumus, cum ejusmodi scriptum nobis
 „non

Sæcul. XVI.
A. C. 1585.

„non fuerit communicatum: id tamen
 „certum est, quod ipsa Synodus Prin-
 „cipum jura, necnon eorum ad Cathed-
 „rales Ecclesias, aliaque beneficia no-
 „minandi jus sartum conservet: porro
 „Ecclesiæ Gallicanæ libertates dunta-
 „xat in hisce tribus prærogativis con-
 „sistunt, quod scilicet hæc Ecclesia a
 „generalibus, & specialibus reservatio-
 „nibus sit exempta, atque omnes causæ
 „per Ordinarios *in partibus* cognosci, ac
 „dijudicari debeant, necnon media
 „Annatarum pars sit remissa, nec Cle-
 „rus Cancellariæ Apostolicæ regulas
 „observare teneatur, exceptis iis, quæ
 „in Francia sunt receptæ: ast Synodus
 „hisce juribus nullo pacto derogavit,
 „nec Papæ auctoritatem in Galliis au-
 „xit: quinimo si Synodus ibidem re-
 „cipiatur, tunc Pontifici mandata expe-
 „diendi ac Parochiales Ecclesias confe-
 „rendi potestas decedit, eaque auctori-
 „tas Ordinariis restituitur: denique abs
 „dubio Pontifex talem declarationem,
 „relaxationem, & quorumcunque ar-
 „ticularum explanationem concedet,
 „quæ ad jura, Regni auctoritatem,
 „Ecclesiæ Gallicanæ libertates, exem-
 „ptiones antea concessas, gratiasque
 „in sua firmitate conservandas vel ma-
 „xime conducet.

Sæcul. XVI.
A.C. 1585.

Porro ad hæc Cleri rationes Can-
cellarius hunc in modum respondit.
„Hac ratione Synodi promulgatio *novo*
„*more, & absque exemplo* petetur, potius
„ergo declaretur illa forma, quæ in
„ejusmodi occasionibus ab antiquo ob-
„servata fuit: insuper minus decere vi-
„detur, quod duntaxat aliqua Synodi
„pars acceptetur, altera vero negligat-
„tur.

Attamen facer Ordo utramque hanc
rationem refellens ad primum caput
reposuit: „A sua Majestate tria sunt
„petenda, ut scilicet Synodum recipiat,
„necnon Archiepiscopis, atque Episco-
pis illius promulgationem committat,
„illiusque decreta in eorum Diæcesibus
„observanda curet: insuper Rex sui Sena-
„tus Curiis præcipiat, ut illius exe-
„cutionem, & promulgationem ur-
„geant. „ Ad alterum caput hæc re-
sponderunt Præfules: „quosdam arti-
„culos recipi, aliosque prætermitti,
„haud novitatem sapit, aliunde vero
„Papa haud ægre circa quædam capita
„declarationes, atque interpretationes
„accommodas concedet, sicuti pro Con-
„stantiensis, & Basileensis Synodi ac-
„ceptione Biturigibus factum est.

Verum hisce altercationibus Rex
finem imposuit, hæc exponens: „om-
„nino præcipio, ut ea, quæ Synodus
„circa

„circa fidem definivit, in meo Regno
 „recipiantur, plures autem disciplinae
 „articulos, quorum executio meo Re-
 „gno nociva foret, temporum iniquitas
 „mihi non permittit, nec hanc rem pe-
 „nitius discutere concedit, eapropter
 „mentem meam circa Cleri postulata
 „aperire ad aliud tempus differre cogor:
 „interea vero hæresum extirpationi, ac
 „fidei Catholicæ conservationi strenue
 „insistendum censeo.

§. LXI.

*Regis mandatum circa novam fidei
Professionem.*

Rex dum novam fidei professionem
 proposuerat, atque ab omnibus,
 qui hæresim ejuraverint, signandam ad
 omnes Episcopos transmitti iusserat,
 hinc Clerus suarum partium esse cen-
 sebat, ut pariter suam desuper men-
 tem aperiret, Regique hæc exponeret:
 „Majestas vestra auctoritatis suæ limi-
 „tes exæssit, dum fidei professionem
 „concipere præsumpsit, eamque sub-
 „scribi præcepit: nam olim Franciscus I.
 „non alia utebatur professionis norma,
 „quam ea, quæ a Sorbonna fuit edita:
 „porro hanc a Prædicatoribus in suis
 „sermonibus observari præcepit, pro-
 „hibuitque, ne quicquam ab ea disso-
 „num populo proponerent: ipse vero

Sæcul. XVI.
 A. C. 1585.

Mem. de la
 Ligue tom. I.
 pag. 443.

Aa 5

„nec